



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XVIII. De spe quantum ad subiectum eius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



motus appetitiuus ex amore puenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed non omnis spes puenit a charitate, sed solum motus spei formata, qua scilicet aliquis sperat bonum a Deo, ut ab amico.

AD TERTIUM Dicendum, quod Magister loquitur de spe formata, quam naturaliter precedit charitas, & merita ex charitate causata.

Super questionis de essentia articuli primi

QVAESTIO XVIII.

De subiecto spei, in quatuor articulos diuisa.

IN articulo primo, in responsione ad secundum, dubium occurrit circa distinctionem istorum actuum in uoluntate, scilicet diligere, & sperare. Et est ratio dubii, quia superius in 1.2. q. 48. dictum est, quod licet isti actus in appetitu sensitivo sint diuersi, in uoluntate tamen coincidunt. Hic autem manifeste dicitur, quod in uoluntate alius actus est sperare, & alius diligere.

Ad hoc dicitur, quod cum identitas, uel distinctio huiusmodi actuum in uoluntate ambigua sit, nec commentum habeam, in prima parte opinatum, nec uacans nunc moralibus, intendam morari in hac narratione, dici potest, quod aliud est loqui de distinctione inter diligere, & sperare, de qua hic est sermo, & aliud de distinctione eorumdem ab actibus uoluntatis ibidem numeratis. Lulle intendere &c. de qua ibi fuit sermo. Secundum illam uiam dicitur, quod hi actus sunt unius speciei substantialis, in esse nature, diuersim autem specierum accidentalium, sicut homo albus, & Aethiops. diligere enim significat uelle bonum alicui: sperare autem uelle bonum arduum possibile sibi. Apparentionibus, quod eadem est substantialis ratio actus, uelle diuersae autem eius conditiones, uidentur in quod diuersimode ad bonum tendunt. Et hoc sufficere uidetur litera huic. Iuxta uiam autem alteram, scilicet multiplicatam actus uoluntatis secundum multitudinem passionum undecim, quae sunt in ap-

li. 14. c. 7. & 6. 10. 7.

1. 2. q. 49. & 7. 4. art. 7. & 7. 4. art. 1.

sup. q. 4. art. 1.

sup. q. 4. art. 1.

DEINDE considerandum est de subiecto spei. ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

PRIMO, Vtrum uirtus spei sit in uoluntate sicut in subiecto.

SECUNDO, Vtrum sit in beatis.

TERCIO, Vtrum sit in damnatis.

QUARTO, Vtrum in uiuatoribus habeat certitudinem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum spes sit in uoluntate sicut in subiecto.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod spes non sit in uoluntate sicut in subiecto. Spei enim obiectum est bonum arduum, ut supra dictum est: arduum autem non est obiectum uoluntatis, sed irascibilis: ergo spes non est in uoluntate, sed in irascibili.

PRATEREA, ad quod unum sufficit, superflue apponitur aliud: sed ad perficiendum potentiam uoluntatis sufficit charitas, quae est perfectissima uirtutum: ergo spes non est in uoluntate.

PRATEREA, uoluntatem non potest simul esse in duobus actibus, sicut intellectus non potest simul multa intelligere: sed ad spei simul potest esse cum actu charitatis. Ergo, cum actus charitatis manifeste pertinet ad uoluntatem, actus spei non pertinet ad ipsam: sic ergo spes non est in uoluntate.

SED CONTRA. Anima non est capax Dei, nisi secundum memoriam, in qua est memoria, intelligentia, & uoluntas, ut patet per Augustinum in libro de Trinitate. sed spes est uirtus theologica habens Deum pro obiecto, cum ergo non sit neque in memoria, neque in intelligentia, quae pertinet ad uim cognoscitiuam, relinquatur quod sit in uoluntate sicut in subiecto.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut ex praedictis patet, habitus patet cognoscuntur. Actus autem spei est quidam motus appetitiuus partit, cum sit eius obiectum bonum. Cum autem sit duplex appetitus in homine, scilicet appetitus sensitiuus,

qui diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem: & appetitus intellectiuus, qui dicitur uoluntas, ut in 1. habitum est, illi modus, qui sunt in appetitu inferiori sunt cum passione, in superiori autem sine passione, ut ex supra dictis patet. Actus autem uirtutis spei non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectum principale huius uirtutis, non est aliquid bonum sensibile, sed bonum diuinum. Et ideo spes est in appetitu superiori, qui dicitur uoluntas, sicut in subiecto: non autem in appetitu inferiori, ad quem pertinet irascibilis.

AD PRIMUM ergo dicendum quod irascibilis obiectum est ordinum sensibile: obiectum autem uirtutis spei est arduum intelligibile, uel potius supra intellectum existens.

AD II. Dicendum, quod charitas sufficienter perficit uoluntatem quantum ad unum actum, quod est diligere. Requiritur autem alia uirtus ad perficiendum ipsam alium actum eius, qui est sperare. AD III. Dicendum, quod motus spei, & motus charitatis habent ordinem ad inuicem, ut ex supra dictis patet. Unde nihil prohibet utrumque motum simul esse unius potentiae: sicut & intellectus potest simul multa intelligere ad inuicem ordinata, ut in primo habitum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit in beatis.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod spes sit in beatis. Christus enim a principio suae conceptionis fuit perfectus comprehensus: sed ipse habuit spei, cum eius persona dicitur in Psalmo. In te domine speraui, ut glo. exponit, ergo in beatis potest esse spes.

PRATEREA. Sicut adeptio beatitudinis est quoddam bonum arduum, ita actio eius continuatio: sed homines antequam beatitudinem adipiscantur, habent spem de beatitudinis adeptione: ergo postquam sunt beatitudinem adepti, possunt sperare beatitudinis continuationem.

PRATEREA. Per uirtutem spei potest aliquis beatitudinem sperare non solum sibi, sed etiam aliis, ut supra dictum est: sed beati qui sunt in patria, sperant beatitudinem aliis, alioquin non rogarent pro eis: ergo spes potest esse in beatis.

PRATEREA. Ad beatitudinem Sanctorum solum gloria aeterna, sed etiam gloria corporalis, qui sunt in patria expectant actum corporis, ut patet per Apocalypsim 6. & 12. super Genesim ergo spes potest esse in beatis.



SED CONTRA est, qd' Apost. A dicit ad Rom. 8. Quod uidet q's, quid sperat? sed beati fruuntur Dei uisione: ergo in eis spes loci non habet.

RESPON. Dicendū, q' subtra- cto eo, quod dat speciem rei, resoluitur species, & res nō pōt eadē remanere: sicut remota forma corporis naturalis non remanet idem secundum speciem. Spes autē recipit speciem a suo obiecto principali, sicut & cetera uirtutes, ut ex supradictis patet. Obiectum autē principale eius est beatitudo aeterna, s'm qd' est possibilis haberi ex auxilio diuino, ut supra dictū est. Quia ergo bonū arduum possibile non cadit sub ratione spei, nisi s'm q' est futurum: ideo cum beatitudo iā non fuerit futura, sed p'sens, non potest ibi esse uirtus spei. Et ideo spes, sicut & fides, euacuatur in patria, & neutrum eorum in beatis esse potest.

AD PRIMVM ergo dicendū, q' Christ' est cōprehensōr, & per consequens beatus quantum ad diuinam fruitionē, erat tñ simul uiator, quantum ad passibilitatē naturā, quam adhuc gerebat: & ideo gloriam impassibilitatis & immortalitatis sperare potuit, nō tñ ita, quod haberet uirtutē spei, quae nō respicit gloriā corporis, sicut principale obiectum, sed potius fruitionem diuinam.

AD SECUNDVM dicendū, q' beatitudo sanctorū dī uita aeterna per hoc, quod Deo fruunt, efficiunt quodāmodo participes aeternitatis diuinæ. q' excedit omne tēpus. Et ita cōtinuatio beatitudinis nō diuersificat per p'sens, prateritum, & futurū: & ideo beati non hnt spem de continuatione beatitudinis, sed hnt ipsam re: quia non est ibi ratio futuri.

AD TERTIVM dicendū, q' durāte uirtute spei, cadē spe aliq's sperat beatitudinē sibi, & aliis: sed euacuata spe in beatis, s'm quā sperabatur sibi beatitudinē, sperāt quidem aliis beatitudinē, sed nō uirtute spei, sed magis ex amore charitatis. Sicut etiam qui habet charitatem Dei, eadem charitate diligit proximū: & tñ aliquis pōt diligere proximū nō hēns uirtutē charitatis, sed alio quodā amore.

AD QVARTVM dicendū, quod cum spes sit uirtus theologica habens Deum pro obiecto, principale obiectum spei est gloria animae, quae in fruitione diuinā cōsistit, non autē gloria corporis. Gloria ēt corporis, et si habeat rōnē ardui per cōparationē ad naturā humanā, non habet tamen

rationem ardui habenti gloriam animae, tum quia gloria corporis est minimum quiddam in cōparatione ad gloriam animae: tum etiam quia habens gloriam animae, habet iam sufficēter causam gloriā corporis.

ARTICVLVS III.

Utrum spes sit in damnatis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q' in damnatis sit spes. Diabolus n. est damnatus, & princeps damnatorum, secundum illud Matt. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo, & angelis eius: sed diabolus habet spem, secundum illud Iob. 40. Ecce spes eius frustrabitur eum, ergo uidetur quod damnati habeant spem.

¶ 2. Præ. Sicut fides est formata & informis, ita & spes: sed fides informis pōt esse in demonibus, & damnatis, scdm illud Iacob. 2. Demones credunt, & cōtremiscent, ergo uidetur quod etiam spes informis potest esse in damnatis.

¶ 3. Præ. Nulli hominū post mortē accrescit meritū, uel demeritū, qd' in uita non habuit, secundum illud Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit: sed multi, qui damnantur, habuerunt in hac uita spem, numq' desperantes, ergo etiam in futura uita spem habebunt.

SED CONTRA est, q' spes causat gaudium, secundum illud Ro.

12. Spe gaudentes: ed damnati non sunt in gaudio, sed in dolore & luctu, secundum illud Ier. 65. Serui mei laudabunt p' exultatione cordis, & uos clamabit' p' dolore cordis, & p' contritione spiritus ululabit' ergo spes non est in damnatis.

RESPON. dicendū, q' sicut de rōne beatitudinis ē, ut in ea getet uolūtas: ita de rōne p'nae est, ut id qd' p' p'na infligitur, uoluntati repugnet. Nō aut' pōt uolūtas getare, uel ei repugnare, qd' ignorat. Et iō Augu. dicit sup. Gen. ad literā, q' angeli p'fecte beati cō nō poterāt i primo statu añ cōfirmationē, uel lapsū, cū nō eēt p'scīi sui euentus. Requir. n. ad p'fectā & uerā beatitudinē, ut aliquis certus sit de sua beatitudinis perpetuitate, aliq'n uolūtas nō quietaretur. Si militet cū p'p'uitas dānationis pertineat ad p'na dātorū, nō uere haberet rōnē p'nae, nisi uoluntati repugnaret, qd' eē nō posset, si p'p'uitatē suā dānationis ignoraret. Et iō ad cōdōnē miserie dātorū p'tinet, ut ipsi sciāt, q' nullo mō pnt dānationē euadere, & ad beatitudinē puenire. Vñ dī Iob 15. Non credit, q' reuerti possit de tenebris ad lucē. Vñ patet, q' non pnt apprehēdere beatitudinē, ut bonum possibile, sicut nec beati ut bonum futurum: & iō neq' in beatis, neq' in dānatis est spes: sed in uiatoribus siue sint in uita ista, siue i purgatorio, pōt eē spes, q' a utro biq' apprehēdunt beatitudinē ut futurum possibile.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod sicut Greg. dicit 33. Mora. hoc dicitur de diabolo secundum mēbra eius, quorū spes annullabit. Vel si intelligatur Secunda Secundae S. Thomae.

sum. Nec obstat, q' en- tia rōnis sūt hmoi de nominatiōe cōdōnes. Hēnt. n. reales causas, quib. repugnāt aliæ reales cā, in eodem, ex quib' redundat oppositae denominatiōnes in obiectis. V. g. In obiecto fidei & spei, nō uideri, e cōdō denominatiua tantū: sed causa eius, puta, talis dispō subiecti, ē realis: & huic dispōni reali cōtrariatur alia dispō realis in eodē, puta, esse alicūm lumine gloriā cōsummatā, ex qua in obiecto redundat opposita denominatiō, scilicet uisum.

¶ Super quæst. de anima. articulum tertium.

IN artic. 3. in respōsione ad secundū, aduerte, quod author non dicit fidem informem esse in damnatis, sed dicit cōparationem, quod magis potest esse fides informis in dānatis, quā spes: quod est dicere, q' fides est minus in cōpossibilis statū damnatorū, quā spes: neutra tamen in eis esse uidetur, iuxta sit p'rius determinata in q. 5. art. 2.

¶ In articulo quarto nihil occurrit scribēdum.

¶ Super

p. di. 26. q. 2. art. 5. q. 7. &

Li. 17. & 19. tom. 7.

li. 33. ca. 24. artic. 2. & 3.



tur de ipso diabolo, potest referri ad sp̄; qua sperat se de sanctis uictoriam obtinere, secundum illud qd supra praemisit. H̄t fiduciam, q̄ lordanis influat in os eius. H̄c autem non est sp̄s, de qua loquimur.

**Enchiridii c. 8. 10. 1.** **AD SECUNDVM** dicendum, q̄ sicut Aug. \* dicit in Enchiridii, Fides est & malorum rerum, & bonarum, & praeteritarum, & praesentium, & futurarum, & suarum, & alienarum. Sed sp̄s nō est nisi rerum bonarum futurarum ad se pertinentium: & id magis potest esse fides in formis in damnatis, quam sp̄s, quia dona diuina non sunt eis futura possibilis, sed sunt eis absentia.

**AD TERTIVM** dicendum, quod defectus sp̄s in damnatis nō uariat de merito, sicut nec euacuatio sp̄s in beatis auget meritum: sed utrumq; cōtin git propter mutationem status.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum spes uiatorum habeat certitudinem.*

Veri. q. 4. art. 2. ad 4.

q. 17. art. 1.

11. q. 11. art. 1.

11. 1. sent. dist. 26. Para. A.

**AD QVARTVM** sic procedit. Vt q̄ spes uiatorū nō habeat certitudinē, spes n. est in uoluntate sicut in subiecto: sed certitudo nō p̄inet ad uoluntatē, sed ad intellectū. ergo spes non habet certitudinem.

¶ 2. Pr̄t. Spes ex gratia & meritis pronenit, ut supra d̄ctum est: sed in hac uita scire per certitudinē non possumus, quod gratiam habeamus, ut supra d̄ctū est. ergo spes uiatorum non habet certitudinem.

¶ 3. Pr̄t. Certitudo eē nō p̄t de eo, qd̄ p̄t deficere: sed multi uiatores habentes sp̄s, deficiūt a cōsecutione beatitudinis. ergo spes uiatorū non h̄t certitudinē.

**SED CONTRA** est, quod spes est certa expectatio futurae beatitudinis, sicut Magister dicit 2. 6. dist. 3. sententiarum, quod potest accipi ex hoc quod dicitur 2. ad Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare.

**RESPON.** Dicendum, quod certitudo inuenitur in aliquo dupliciter, scilicet essentialiter, & participatiue. Essentialiter quidem inuenitur in ui cognoscitiua: participatiue autē in eo, qd̄ a ui cognoscitiua mouetur infallibiliter ad finē suū, secundū quē modū d̄r, q̄ natura certitudinaliter operatur tanquā mota ab intellectu diuino certitudinaliter mouente unumquodque ad suū finē. Et per hunc ēt modum uirtutes morales certius arte d̄nr operari, in quantum per modū naturae mouētura rōne ad suos actus. Et sic ēt spes certitudinaliter tendit in suum finem, quasi participans certitudinem a fide, quae est in ui cognoscitiua. Vnde patet responsio ad Primum.

**AD II.** dicendum, q̄ spes nō innitur principaliter gratiae iam habitae, sed diuinae omnipotentiae & misericordiae, & per quam etiam qui gratiam non h̄t, eam consequi potest, ut sic ad uitam aeternam perueniat. De omnipotentia autem Dei & misericordia eius certus est quicumque fidem habet.

**AD III.** dicendum, q̄ hoc, quod aliqui habentes sp̄s, deficiant a consecutione beatitudinis, contingit ex defectu liberi arbitrii ponentis obstaculum peccati, si autē ex defectu diuinae potētiae, uel misericordiae cui spes inicit. Vñ hoc nō p̄iudicat certitudini spe

Super quest. decima. nona articulum primum.

In ar. 1. q. 19. aduerte, q̄ ut in prime partis commentariis dicitur est, malū culpae intraneum dicitur a

QVAESTIO XIX.

De dono timoris, in duodecim articulos diuisa.

**DE**INDE considerandū est de dono timoris.

**ET CIRCA** hoc quaeruntur duodecim.

¶ Primo, Vtū Deū debet timeri.

¶ Secundo, De diuisione timoris in timorem filialem, initialem, seruilem, & mundanum.

¶ Tercio, Vtū timor mundanus semper sit malus.

¶ Quarto, Vtū timor seruilis sit bonus.

¶ Quinto, Vtū sit idē in substantia cum filiali.

¶ Sexto, Vtū adueniente charitate excludatur timor seruilis.

¶ Septimo, Vtū timor sit initium sapientiae.

¶ Octauo, Vtū timor initialis sit idem in substantia cum timore filiali.

¶ Nono, Vtū timor sit donū Spiritus sancti.

¶ Decimo, Vtū crescat crescēte charitate.

¶ Undecimo, Vtū maneat in patria.

¶ Duodecimo, Quid respondeat ei in bonis & fructibus.

ARTICVLVS PRIMVS

*Vtrum Deus possit timeri.*

**AD PRIMVM** sic proceditur. Videtur Deum timeri non posse. Obiectum est malum futurum, ut supra habitum est: est expers omnis mali, cum sit ipsa bonitas. Deum timeri non potest.

¶ 2. Pr̄t. Timor sp̄s opponitur: sed sp̄s de Deo, ergo non possumus & simul timere.

¶ 3. Pr̄t. Sicut Philosophus dicit in 2. Ethic. de quibus nobis mala pueniūt: sed mala nobis a Deo, sed ex nobis ipsis, secundum 13. Perditio tua ex Israel, ex me auxilium.

Deum timeri non debet.

**SED CONTRA** est, qd̄ dicitur Ier. 17. timebit te o rex gentium? Et Malai. 2. timor, ubi timor meus?

**RESPON.** Dicendum, q̄ sicut spes habet obiectū, quōrū unū est ipsum bonū futurum, adaptionē quis expectat: aliud autē est malū per quem expectat se adipisci quod sperat: timor duplex obiectū habere potest, quod est ipsum malū, quod homo refugit: quod est illud, a quo malum prouenire potest: quod est Deus, qui est ipsa bonitas, obiectum timoris non potest: sed secundo modo potest timoris, in quantum. (ab ipso, uel per eum) ad ipsum nobis p̄t aliquod malum timere.

ipso quidem potest nobis imminere malum, nō est simpliciter malum, sed secundum ordinem, aut simpliciter. Cum n. bonū dicitur in ordine, malū autē importet huius ordinis: si malū est malum simpliciter, quod excluditur sine ultimo, quod est malum culpae. Malum nō est quidē malū, in quantum prout est culpae bonum: est tñ bonū simpliciter, quod pendet ab ordine finis ultimi. Per eum ad Deū p̄t nobis malū p̄ne puenire, & timere. Et per hunc modum Deū p̄t timere.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, q̄ rō timoris q̄ malum quod homo refugit, & timore.

**AD II.** dicendum, q̄ in Deo est timor.